Tomicki Tomo 2. eque sine foliis ac primus. 205

52

1513. 1513. Indictus Conventus Generalis Piotrkoviæ ad diem Sancti Martini, ad quem Rex ipse Cracovia discedens 30. Octobris Piotrkoviam venit. In eo Telonea instituta à cera, melle, equis, halecibus, anguilis, et cæteris piscibus. Legationes etiam Decreta ad Hungariam, Daniam, Papam, ad Cæsarem Maximilianum. Terra Visnensis, Ducibus Masoviæ pro duodecim millibus flor. ad vitam eorum duntaxat concessa eis fuit

1512. Indictus Conventus Generalis Regni in Piotrkow ad diem Sancti Simonis et Judæ Apostolorum.

crevit, præmissis tamen prius Literis, ne quid Illis non expectatis in electione attenuaretur: tandem verò magnificentias vias ad hoc Legationis munus obeundæ designavit, cum pia clementissimaque salutatione et informatione, quam nedum Rex et Princeps potentissimus indubitatis suis subditis sed pientissimus Parens liberis suis daturus esset, qui quidem tunc nuntia non adfirmanda jura Ecclesiæ,

sed

ri in Prussia, obedientiam Regi Poloniæ faciendam interdixisse,
mittit ad eum Legatum, qui primum de expeditione Universali
Christianorum Principum, contra Turcam faciendam consulat
deinde si eam suscipiendam approbaverit, petat, ut sibi aliqua
præsidia apud summum Pontificem pro apparatu bellico impe-
tret. Ad extremum expostulet, ne deinceps Cæsarea Majestas sibi
Jurisdictionem Terrarum Prussiæ usurpet.

Scripserat enim paulò ante Cæsarea Majestas Sigismundo Re-
gi, multum se dolere, quod inter ejus Majestatem et Magistrū
Prussiæ subditum suum simultates intercesserint, cupereq; eas
componere, sed cum difficilis sit causa, ideo ad concilium
Tridentinum, quod brevi futurum erat, Causam seu contro
versiam eam ad decidendum Patribus proponendam sua-
det, ut quod illi decreverint, perpetuo firmum et ratum
habeatur.